

A Narbonensem, quae jam tunc Romanis parebat, non accensit ille Galliae à se vincende. Franci partem illam, quae ipso armis subacta fuit, appellaverunt Franciam occidentalem: ad discrimen scilicet Franciae orientalis, quae est in Germania. Itaque Aquitania initio Francia non fuit. Burgundia sequantia. *la Franche Comté*, nunc non est Francia. Hodie enim Franciam vocamus, eam omnem Galliam, quae Regi nostro subiecta est. Et quia de veteri illa ditione partes Rheno, Scaldi, Mosae, ac Moselle viciniae, jam pridem abrahae sunt: facile est videre, quantum imminutum sit Francorum praedium. Eam ergo hodie ab Italia separat adhuc antiquus limex: à Sabaudia Rhodanus, Araris à Burgundia, Mosella à Lotharingia, & Ducatu Luxemburgensi, *Aa* rivulus à Flandria. Amniam sili in Mediterraneum influunt, ut *Varus*, *le Var*. Argentus, *Argentis*. Rhodanus, *le Rofne*. *Ledus* *le Léz*. Atratus, *Erbaule*. Obis, *l'Orbe*. Atax, *l'Ande*, è quibus Rhodanus recipit ripa dextera Ararim, *la Saone*. Erievam, *l'Erieu*. Ardesham & Vardonem, *le Guard*: sinistra Istarum, *l'Isere*, & Drumentam, *la Durance*. Arar excipit Loignonem & Dubim, *le Doux*. In Oceanum verò se exonerant, Atyrus, *l'Adour*. Garumna, *la Garonne*. Carantonus, *la Charante*. Altio, *l'Aulze*. Semaigne, Ligeris, *le Loire*, Orna *l'Orne*, Sequana, *la Seine*; Sonoma; *la Somme*; Scaldis, *l'Escault*; Rhenus, *le Rhein*. Atyrus duos Gavos recipit ex Pyrenaeis devolutos. In Garumnam influunt, lava quidem Savus, Gimous, *l'Egircus*, *le Gers*, & Balia; dextera verò, *Tarnis*, *le Tar*, *l'Oldus Lot*, Duranus, *la Dordogne*. In Ligerim, Elavor, *l'Allier*. Vigena, *la Vienne*, Anger, *l'Andre*, Caris, *le Cher*, Meduana, *le Maine*, qui recipit Sartram, Huinam, & Ledum *le Loir*. In Sequanam, Matriona, *le Marne*; Incauta, *l'onne*, Alba, *l'Aube*, *l'Esia*, *l'Olse*. In Aesiam, Axona, *l'Asne*, qui recipit Basiliam, *le Veste*. In Scaldim, Legia, *Lys*, Scarpa, *l'Escharpe*, Dendra, & Demera. In Rhenum, Moia & Mosella. Postremum plures habet sola Gallia fluvios opportunos, & fluminibus impositos pontes, quam reliqua omnis Europa. Montes Galliae praecipui sunt Pyrenaei, Alpes, Gebennae, Yogetus, Jura. Alpium aliter sunt Maritima, aliae Graeciae & Coethiae, aliae Penninae, quae à Penno Deo nomen habent. Herculeum Graiae, Annibalem Coethis in Italiam venisse constat. Fuit autem Francorum Regibus id semper curae, ut per Alpes plures ipsius aditus pateret in Italiam. Lacum maximum est Lemanus. Divisions alias Galliae, quae sub Romanis, Gothicis, Francisque primae, secundae, ac tertiae stirpi fuerit, non omitto; contentus praesentia referre. Francia igitur, si eam seorsim à partibus suis quae abrahae sunt, spectes, variè dividi potest, per Dioceses, per Parliamenta, per Provincias, per Censum. Harum prima, non tantum quia verissima est, sed etiam quia maxime proportionata, minimèque obnoxia mutationibus, nos nunc insulam. Sub Imperio igitur Christianiss. Regis nostri sunt, 1. Diocesis Lugdunensis, ad Rhodani, & Araris confluentes, cujus Praeful vocatur Cleri Gallicani Primas. 2. Rothomagensis, ad Sequanam, in Normannia, quae est Lugdunensis secunda. 3. Turonensis, ad Ligerim, quae est caput Britanniae, in Lugdunensi tertia. 4. Senonensis, ad Icaunam, habet in Lugdunensem quartam, à qua refecta est, & in Metropolim erecta, Lueta Parisiorum. 5. Treverensis, ad Mosellam. Suffraganeus sunt in Francia, Merensis, Tullensis, Verdunensis, omnes in Belgia. Ipse autem est Elector Germanus. 6. Velontinus ad Dubim extra Francum est: ejus suffraganeus tamen Bellicensis parer nostro Regi, in Lugdunensi quinta. 7. Rhenensis, Dux & Par Francia, est in Belgia secunda, ad Basiliam flumen. 8. Viennensis prima est ad urbem ejus nominis aditam Rhodano. 9. Ad Narbonam, quae Ataci praetextitur, est pars una secunda Viennensis. 10. Ad Tolosam, quae Garumnae est apposta, pars altera. 11. Ad Aquas Sextias, *Aix en Provence*, pars una tertia Viennensis. 12. Ad Arclatem, *Arles*, pars altera. 13. Ebreduensis, *Embrym*, est quarta Viennensis. 14. Biturica, Aquitaniae prima, diciturque ejus praeful, utriusque Aquitaniae primas. 15. Burdegala, *Bordeaux*, Aquitaniae secunda, ad Garumnam 16. Aucis, Aquitaniae 11. ad Aegitium flumen. 17. Avenio, castrum Pontificum.

Nec fuerit abs re, breviter hoc loco ostendere, quemnam in Gallia civitates Episcopales, quibus Metropolibus subiectae sunt. Habet ergo Lugdunensis Archiepiscopus suffraganeos 4. Eduensem sive Augustodunensem, *Autun*; Lingonensem, *Ducem* & Parem Franciam, *Langres*; Cabillonensem ad Ararim, *Chalons sur Saone*; Maticonensem, *Macon*. Rotomagensis lex, *Bayocassinum*, *Bajoux*; Abrincatem, *Aranche*; Ebroicentem, *Eureux*; Sagientem, *Siez*; Lexovientem, *Li-*

ziens; Constantinum, *Constances*. Turonensis 9. Carona. Erensem, *Mans*, ad Sarram amnem; Rendonem, *Renes*; Andegavensem, *Angeres* ad Maduanam; Nannerensem, *Nantes*, ad Ligerim; Corisopitem, *Cornuallie*; Venetensem, *Vannes*; Briocensem, *S. Brieux*; Maloivensem, *S. Malo*; Leonensem, *S. Paul*, de *Leon*; Tricometem, *Triguer*, & Dolensem, *Dol*, qui quondam Archiepiscopi titulum ac dignitatem desit. Senonensis tres, Antistiodorem, *Auxerre*, ad Icaunam; Trecaffinum, *Troyes en Champagne*, *Auxerre*, ad Icaunam; Nivernensem, *Nevers*; Nam Parisiensis cum subiectis Carnuensis, *Chartres*, Aurelianensis, *Orleans*, & Meldensis *Meaux*, à Senonensi refecta sunt, anno 1622. De Treverensi episcopo tribus suffraganeis, deque Velontino, jam dixi. Rhenensis suffraganei sunt octo, Sueffionensis, *Saiffons*; Catalaunensis ad Matronam, Comes & Par Francia, *Laon*; Silvanectensis, *Senlis*; Bellovacensis, Comes & Par Francia, *Beauvais*; Ambianensis, *Amiens*; Novomensis, Comes & Par, *Yoyon*; Bononiensis in Pago Gessoriano, *Boulogne sur mer*: nam Morinensis five Treverensis, *Tervouane*, itemque, Cameracensis, *Cambray*, Arbatensis, *Arras*, & Tornacensis, *Tornay*, jam inde ab anno 1625, translato ad Burgundum jure omni politico, Ecclesiasticam quoque subjectionem Rhenensis aveterunt. Viennensis Metropolis habet sibi subiectos Episcopos, Genuefium, *Geneve*, cujus sedes ob civium haereticorum rebellionem translata est Anicium. Sabaudia oppidum, *Anicy*; Gratianopolitimum, *Grenoble*, ad Istarum: hanc autem urbem vocat Cicero in Epistolis Cularonem; Albenfem five Vivantiensem, *Viviers*; Dienfem, *Die*; Valentiniensem, *Valence*, ad Rhodanum; Morianensem, *S. Jean de Morienne*. Narbonensis habet suffraganeos novem, Biterrenfem, *Beziere*; Agathinensem, *Agde*, Carcaconensem, *Carcassone*, Neutaniensem, *Nismes*, Leuteniensem, *Lodève*, Montepellitanum, *Montpellier*, qui olim fuit Magelone, in stagis Volcarum S. Pontii Tomeriarum, *S. Pont*, de *Tomiere*, Alefensem, *Alet*, & Utenensem, *Vitz*. Tolosanus habet septem, Apamienfem, *Pamiers*, Mirapicensem, *Mirepoix*, Montis Albani, *Montauban*, Vaurenfem, *Vaux en pais de Lauragais*, Lombardenfem, *Lombes*, S. Pappi, *S. Pappi*, & Rivenfem, *Rieux*. Aquitaniensis habet quinque, Apteniensem, *Apt*, Rejenfem, *Ries*, Fotojulienfem, *Frejuls*, Vapincenfem, *Gap*. Cisteriensem, *Cisteron*. Arclatenfem suffraganeis, Massiliensem, *Marfeille*, Tricafino, *S. Paul de Tricafino*, Tolonensem, *Tolon*, & Arcaionensem, *Arcaion*. Ebreduensi subiecti sunt sex, Dinienfem, *Digne*, Grassenfem, *Grasse*: cujus olim sedes fuit Anipoli, *Antipoli*; Vencienfem, *Vence*, Glandarenfem, *Glandeves*, Senetenfem, *Sanes*, & Nicenfem, *Nice*. Bituricenfem habet suffraganeos undecim, Clarenontensem, *Clairmont en Auvergne*, S. Flori, *S. Flour*, Rhuthenensem, *Rodez*, Vabrenfem, *Vabres*, Caduacensem, *Cahors*, Lemovicensem, *Limoges*, Tutelenfem, *Tulles*, Mimatensem, *Mande*, Albenfem, *Alby*, Caltenfem, *Cahors*, & Anicenfem, *Pny en Velay*. Burdegalenfem Archiepiscopi suffraganei sunt novem, Aginnesfem, *Agen*, Encullimienfem, *Angouleme*, Santonicus, *Saintes*, Picaviensis, *Poitiers*, Petrocoriensis, *Perigueux*, Condomenfem, *Condon*, Maleacensis, *Malezacis*, Luxionenfem, *Luxon*, & Sarlatenfem, *Sarlat*. Aucisius vel Auxinaus habet suffraganeos decem, Aquefem, *d' Aqs*; Leitoratenfem, *Lailoure*; Convenfem, *Comings*; Conferanenfem, *Conferan*; Adurenfem, *Aire*; Valatensem, *Bazas*; Lefcatenfem, *Lefcar*; Tarbenfem in Castris Bigorris, *Tarbes*; Oloronenfem, *Oleron*, & Bayonenfem, five Boatum, *Bayone*; nam Elius jam pridem esse desit: Pampelo verò retenta est ad Hispanos. Pares seculares cum titulo Ducali sunt, Burgundus, Normannus, & Aquitanus: cum titulo verò Comitatenfem, Flander, Tolosanus, & Campanus.

Francos autem in primis commendant ista. 1. Zelus Religionis Catholicae: nusquam terrarum ardentius Deus ab omni seculo, ab omni aetate, ab omnibus ordinibus colitur, & quidem sine ullo vel fuculo in inquisitione. In Gallia fe primium exterius sub Constantino publica Christiani nominis professio, pagano Paganismo. Primus Europae Regum Clodoveus Christi fidem in Gallia amplexus est. Primus Carolus Magnus, ut nuntantem in Occidente fidem Catholicam stabiliret, Imperium Francorum instituit. Plures Martyres habuit sola Gallia ob Christi nomen, quam cetera omnis Europa. Nusquam alibi plura ob commune Ecclesiae nomen concilia celebrata sunt. In Gallia praecipuorum Cenobiorum sunt Originis. Cisteriense, Clarevallense, Praemonstratense, Cluniacense, Grandimontense, Carthusianorum; quorum propagines in reli-

A reliquam Europam, imò & terrarum orbem postea deducit sunt. Franci Romanos Pontifices ad Ecclesiam Christianam patres nudos de suis bonis davere: oppresses defendere: ejectiones exceptae: fugatos restituere: quandoque omnium Gentium erant officium, soli praesistere: ob quos res merito Reges Franciae dicuntur Christianissimi, & filii Ecclesiae primogeniti. Habet quidem Franciam ex suis nuper ortos viceribus haereticos Calvinistas, sed solos; & quis unquam ager sine solli mixtura: habet ergo, sed non probat; habet, sed ut formosa facies verrucam: ut Israelite in terra sancta, Philisteos; ad fidei suae exercitium, exigentibus ita adhuc peccatis nostris; denique in ipem ipsorum conversionis. 2. Commendat etiam Francos Monarchiae duratio; jam enim MCCC. anni sunt, quum Reges Regibus perpetuo succedunt, & quidem praecipuis virtutibus insigniti: alii quippe Sancti audunt, alii Fortes, alii Intrepidi, alii Clementes, alii Augusti, alii Iusti, alii Casti, alii Prudentes: In Ludovicum hodie regnantem Deus plena manu omnia ista bona simul concessit, addita insuper singulari in rebus gerendis felicitate. 3. Commendat insuper Francos divinae defensionis miracula; nunquam unquam deservit coelestem Henrici III. Regis Christianissimi ex circumstantibus malis liberatio, sciant & testari possunt, qui vixerunt. 4. Adde legum sanctitatem, ex Gallia quippe caetera ferè Gentes per Europam traxere Rempublicarum suarum administrandam exemplum. Qui Senarum Parisienfem videt, habet, unde sibi representet Amphichyonum gravitatem, Aroepagitarum dignitatem, Senatus Rom. splendorem & majestatem. 5. Adde sanctitatem, eruditionem, modestiam Cleri. 6. Adde toto regno florentes litteras, artes, sapientiam. Una Parisiensis schola plurimum per Europam est mater: ex ea profecti P. Lombardus, Albertus Magnus, Thomas Aquinas, & miraculum orbis Julius Caesar Scaliger. Debent literatores Budaeo, Turnebo, Erasmo, Passeratino. Debent Cujacio, Alciato, Tiraquello, Jureconsulti: Fernelio, Dureto, Riolano, Medici: Aurato & Ronfardo, Poeta: Mureto, Oratorio: B. Hilario & S. Bernardo, Theologi. Oruntio, Mathematici: Frenelico, pictores. Imperatores denique & belli duces Henrico Magno. 7. Neque omitenda est morum Comitas. Huc ergo tanquam in veram humanitatis scholam mittitur quotannis ex omnibus Orbis partibus selecta nobilitas, ut cum lingua civilem vivendi modum posita barbarie addicat. 8. Addam postremo loco ubertatem & felicitatem soli cujus tria sunt signa certissima: primum, eversiones, & expunctiones fructuum, merciumque dominatarum, vitici, inquam, falsi, vini, olei, lanarum, croci, glaffi, ferri, telarum, merciumque manufactarum: Secundum, frequentia portuum, verus utrumque mare, interior & exterior, utriusque nihilominus à mari motorum amplitudo & multitudo: Tertium, vicinum copia. Hisce rebus fit, ut una Gallia plura valeat regna.

Sunt etiam in Gallia Belgicae Germaniae duae Cisthenanae, diversae à Germania magna; dividitque illas Mosella fluvius quem Ptolemaeus Obriuncum vocat. In Germania superiore sunt, Helvetia, Altiata pars Cisthenana, Lotharinga Palatinatus pars, cum agro Moguntiaco, Lotharinga inferior treveri, Leodiensis, Murtensis, Clivensis, Bergenses, Juliacenses, Batavi, alique, quos omnes, jura quae habent, & privilegia, & arma, à Francorum regibus tenere nemo gentium ignorat. Hodie promiscuè vocant Provincias Belgicas, & Provincias Germaniae inferiores, eas omnes, quas Burgundionum Dux, qui nunc est Rex Hispaniarum, ut patriam hereditatem vel habet, vel repetit, quam vis illarum nonnullae trans Rhenum in Germania Magna sitae sunt. In Gallia numerantur, Arelia, cujus Metropolis Arelatum, Flandria, in qua Gandavum, Brugae, Ipra Insula, Duacum, Hannonia habet Valentiniensis, & Montes Luxemburgum, Limburgum, Namurcum, Cameracum, Mechlinia, habent urbes singulas suorum nominum. Zelandia quoque tota Gallica est, ad ostia Scaldis, constatque pluribus insulis, quarum nobilissimae est VValachria, habens oppida portuque. Uliffingam, *Middelburgum*. Veriam, Armudam, Trans Rhenum in Germania Magna, sunt Frisia Occidentalis, quae urbes habet, Alcmariam, Enchufam, Harnam, aliaque. Frisia simpliciter ita dicta, est in Germania magna, habetque Leovardiam, Harlingam, Doconinium, Frankeram, urbes praecipuas. Groninga, urbem habet cognominem. Geldria habet Rurmondam, & Arnhemium. In Transalania, *Overysfel*, sunt Daventria, Campi, Svolla. Ultima Trans-

thematum Provinciarum in Germania inferiori est Zutphalia. Ex utraque Rheni parte sitae sunt, Hollandia, & Ultrajectum, *Utrecht*. Illius urbes sunt Dordrechtum, Halemum, Delfum, Leida, Amsterodamum, Gauda. Hujus, Trajectum, civitas Archiepiscopalis, & Amersfodia. Habent autem singulae provinciae Curias suas supremas, in quibus jus duntaxat percipiunt, & à quibus non datur provocatio. Quae autem est Hagae Curia Ordinum Generalium, ea tantum decernit de rebus ex communi confederatione ad bellum, pacem, & navigationes pertinentibus. Gubernator Hollandiae, Zelandiae & VVestfrisiae post excessum Mauriti Naffovii, est Henricus ejus frater, Princeps Arafionensis, Gubernator Geldriae; & Trajecti est Ernestus Naffovius. Helvetii, *les Suisses*, Pagos XIII. tenent, ut sunt, Tigurinus, *Saricob*, Bernensis, Lucernensis, Urenfis, Svitenfis, Undervault, Tugenfis, Glaronensis, Buflenenfis, Friburgensis, Salodurenfis, & Abbatiscellenfis. Valesii oram tenent, quae inter Rhodani fontes & lacum Lemantum interjecta, montibus utrinque cingitur: urbis praecipua est Sedulum: Altiata est Argentoratus: Nemetum Spira: Vanglonum FVVormatia. Palatinatus habet cis Rhenum in Gallia Frankendatum & Neostadium.

Germania Magna five Transithenana, nunquam à Romanis exactè cognita, nedum subacta fuit. Eam omnem Franci hodie ex una ejus gente vocant Alemaniam: Sunt enim Alemanni sicut ad fontes Danubii: nomen habent vel à virtis, nam *man* virum significat, ut in Nortman, Herman, Karolman, Duitman; vel ab Alemono, amne ejus tractus. Debet autem Germania Imperium suum Francis nunc, devoluta per Saxones & Svevos ad domum Austraciam gubernatione. Paret Burgundioni. Terminatur Rheno, Vistula, Oceano, ac Danubio. Amnes habet, praeter eos quos jam dixi, Vidrum *le Vechte*, Amasim, *l'Emse*, Vifurgim, *le VVyer*, Alhim, *le Elbe*, Oderam, *la Oder*. In Rhenum influunt ex parte Germanica Nicer, *le Neker*, ubi sunt, Rentlinga, Tubinga, Sturgardia, Herbrunna, & Heidelbergae; Moenus, *le Mein*, ubi sunt Bambergae, Vvurtzburgum quam vocant Herbipolim, ac denique, Francofurtum; Luppia, *la Lippe*, ad quem sunt Paderbona & Lipftra. In Vifurgim fe praecipiant Fulda, Adrana, Alara. In Alhim se exonerant parte dextera Elstera, & Havela; lava, Molda, & Sala. Sunt autem in Germania Regna aliquot, & Ducatus, & Comitatus, & Marchionatus. Regna sunt, Norvegia, in qua Berga, Svecia, in qua Stocholmia, Dania, in qua Hafnia, *Koppenhagen*. Bohemia, in qua Praga, ipsumque insuper Regnum Germaniae. Ducatus praecipui sunt hi, Saxonia superior & inferior, quarum haec habet Ducatum Lavemburgicum, Luneburgensem, cui vicinus Episcopatus Halberfadenfis, & Meckelburgensem cum Ducatu Brunsvicensi, cui nunc praeful Utricus, frater Christiani Halberfadenfis: Illa Electoratum Saxoniam, cum Mifnia, & Lusacia; nam VVestfalia, quae Saxoniae quondam fuit, nunc alios dominos habet. Electoratus nunc praeful Joannes Ceorgius, cujus aula Dresdae. Dux VVitebergicus in Svevia habet Tubingam & Sturgardiam ad Nicrum fl. Dux Bavariae habet Ingolladium & Ratibonam ad Danubium. Silesiae Uratislaviam, & Sturgardiam ad Nicrum fl. Dux Bavariae habet Ingolladium & Ratibonam ad Danubium. Silesiae Uratislaviam, & Sturgardiam ad Nicrum fl. Dux Bavariae habet Ingolladium & Ratibonam ad Danubium. Silesiae Uratislaviam, & Sturgardiam ad Nicrum fl. Dux Bavariae habet Ingolladium & Ratibonam ad Danubium. Silesiae Uratislaviam, & Sturgardiam ad Nicrum fl. Dux Bavariae habet Ingolladium & Ratibonam ad Danubium.

A Lubecensem, Coloniensem, Brunsvicensem & Borussicum. Circuli, *Les cercles en Kreysen de l'Empire*, sunt x. Franconius, Bavaricus, Austriacus, Suevius, Rhenensis, Electoralis, VVestphaliae, Saxoniae Superioris, Saxoniae Inferioris, ac denique Burgundicus. Curia sive Tribunal Forensis litium decidendarum in Imperio, est *Spra* Nemetum, in ripa Gallica. Titulus Imperatoris, ex quo res ad domum Austriacam delata est, sic ferè concepitur. *Dei gratia electus Romanorum Imp. semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Croatiae, Slavoniae Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae, & VVitembergae, &c. Comes Tirolis, &c.*

Danubius, omnium Europae fluminum maximus, inter lacum Constantiensem & Nicri fontes haud procul Schaffhusia in Hereynia oritur, decurritque per Sveviam & Aemaniam, ubi est Ulma, itemque per Bavariam, Austriam, Hungariam, ac sumpto litri nomine, mergitur Ponto Euxino, *Mer Major, ou Mer noire*, quinque oltis: Influunt in ipsum amnes lx. quorum praecipui, ex parte dextera, Lechus, ad quem Augusta Vindelicorum, *Augsburgh*. Iera, ad quam **B** Frisinga, urbs Episcopalis. *Enus, le Tn*, qui Aniponti nomen dedit, *Tspruch*, urbi Metropolitanæ, cujus iustitiae gurae sunt, Tridentina, Passianensis, Vienna Austriae, Gurca, Brixia, Frisinga, Secovia, & Chyema. Recipit autem Oenus Saltzam, ad quem sita est Saltzburgum, dicta quondam Junavia, sedes Archiepiscopalis. Anilam, *Ens*, qui Bavaros à Pannoniis separat. Tum Arabonem, *Rab*, & novissimos amnes Dravum Savumque. Deinde Moravam & Jeterum. Sinistra ripa accipit Alemonem, ad quem Eichstadium, Regionem ad quem Ratispona, & ex Carpatho monte decurrentes, *Tejam*, sive Tibiscum, & *Markam*, qui iuncti Danubio miscentur.

Austriæ caput est Vienna, ad Danubii ripam sinistram. Austrum versus eia dicitur Stiria Ducatus, inter Muer & Miez amnes, qui in Dravum influunt. Est & Ducatus Carinthia inter Muer & Dravum, cujus incolæ Trumosi. Est denique Carinaria, hisce omnibus Australior.

Hungaria partem tenet veteris Pannoniæ, quæ tota Cissadubiana Jacygumque fuit, & *Daciae*, quæ fuit Transdubiana. Est autem Hungaria Turcorum Imperio proxima, qui in ea quidem occupatur Belgradum, Anno 1420. Strigonium, & Valponem, anno 1543. Quinque Ecclesias, anno 1543. Budanum, anno 1526. Albam Regalem, 1543. Sindidumum, anno 1420. reliqua pars adjecta Principum Catholicorum opibus, hostilium vim adhuc fortiter sustinet. Nam Calvinistæ ab Ecclesie defensione sunt alienissimi. Daciam hodie vocamus Transilvaniam, vel *Sibembergiam*, quasi dicas, Septem castris, à septem urbibus, quarum primaria est Cibinum, *Hermanstas*. Eam mediam interfectat Marius fluvius: Possidetur autem à Gabriele Bethlem.

Silesiæ amnis praecipuus est Odera, qui & Viadrus dicitur, urbs, Uratislavia, *Preslavu*. Infra eam est Moravia, de qua dixi, urbs praecipua *Olmutz*. Ortum versus sequitur Polonia, cujus pars major sive Germanica, cis Vistulam sita est; minor sive Sarmatica trans amnem. Flumina in Vistulam decurrunt ex parte Germanica, Pileza, ad quam sita est Petricovia, *Pioter Kovv*, tribunal Regni unum, ex ripa verò Sarmatica fuit *Buck*, cui adidet *Kaminietz*. Urbs minoris Poloniae praecipua est Lublinum, sedes altera Tribunalis. Majoris verò Poloniae urbes sunt Cracovia, Sandomiria, Poinadnia, & Varavia.

Prussia, *la Prusse*, in Regiam Ducalem dividitur: fuitque olim utraque Equitum Teutoniarum. In illa sunt, Marienburgum, Tomnia, Culma, Varmia, Gedamum, *Dantzok*; in hac quam à Rege Poloniae in feudum tenet Georgius Guilelmus Elector Brandeburgicus, sunt Elbinga & Mons Regalis, *Kuningsberg*, Emporia litis nota. In Litore huius tractus colligitur Electrum. In Livonia sunt Riga & Revalla. In Curlandia *Memel*, & *VVindair*. In Lithuania, Vilna. In Podolia, quæ se ad Pontum usque Euxinum porrigit, est Kiovia. In Russia est Moscova, magni Ducis Aula & Tribunal.

Italia Alpibus separatur à Gallia & Germania, cætera cingitur mari Ligustico, Tyrrheno, Siculo Adriatico. Mons Apenninus medio ejus dorso incumbit, pertingens inde à Liguria usque ad mare Siculum, occupansque quartam ferè Italiae partem. Amnes nobilissimi sunt, Padus qui & Eridanus, *le Po*, Athesis, Italis *Adeje*, Germanis *Ecb*, Arnus, Tiberis. Padus recipit ex Alpibus Duriam, Ticinum, Abduam, Ollium, & Varavia. Parte altera ex Apennino, Granam,

Tenerum qui *Stura*, Bormium, Serajam, Gabelum, Trebiam & Rhenum, qui fluit per Bononiam. Vix autem duæ tertiae partes Italiae habent flumen navigabile. Tiberis recipit Clanum *Cliani*, Narem *Nera*, Anienem *Teverone*. Post Tiberim sequuntur Liris, nunc *Garigliano*, Volturnus, Silurus, Sybaris, quem nunc vocant, *Cotico*. Inde pergentibus ad mare peruenit, Aufidus, *Lovanto*, Horatii verbis & clade Romanorum adversus Aldrubalem clausa: postea Aternus, *Pofcara*, Metaurus, *Mevo*, cujus in ripa Aldrubal Annibalus frater caesus fuit. Lacus in Transpadana regione sunt, Urbanus, *Lago Major*, qui Ticinum recipit, Cereus, *Lago di Lugano*, Larius, *di Como*, qui recipit Abduam, Sabinus, *Lago d'Isco*, qui Ollium transmittit, Benacus, *Lago di Garda*, per quem fluit Mincius. In Hetruria, Perusinus, qui & Trasimene, & Ulfinus.

In fronte Italiae est Pedemontium, in quo Augusta Taurinorum, *Turin*, Augusta Praetoria, *Osia Saluta*. Monasteratus habet Albam Pompejam, Liguriam, Genuam. In Lombardia praecipus tenet Ducatus Mediolanensis: supra eum sunt Rhaetia; quorum urbs Curia, *Coyre*, & ad Abduam Vultureni, quos quondam tenebant nuper Hispani, extructa ante aliquot annos arx *Fuences*, & occupata Clavenna, ope & armis Christianissimi Regis Ludovici XIII. in primam libertatem restituti sunt, hac lege, ut sola fides Catholica illic obtineat. Parte altera versus mare Adriaticum est Forum Julii, in quo Aquileja; est Istria, in qua Iustinopolis, est Carniola, in qua Labatus: est Tirolensis Comitatus. Est Marchia Tarvina: Sunt Verona, Vicentia, Patavium, Venetia, Brixia, Mantua, & cis Padum Parma. Romandiola ipsi est Pontificum cum Ferraria, ex donatione Pipini & Caroli Magni, Regum Francorum. Hic fluit Exarchatus Ravennensis, sive Flaminia. Venerorum Resp. imprimis potens est. Possidet ea Corcyram in ipso Sinu aditu sitam. Tum vicinas Peloponneso, Cephaleniam, Zacinthum, & Nerigum: inque Aegeo Zaram, & Cretam. Sequitur postea Magnus Ducatus Hetruriae, *la Toscana*, in quo ad Arnum flumen Pisa, Luca, Florentia: Et in mari Insulae Iuxa, cujus urbs Cosmopolis condita est à Cosmo Medico. Tum Tractus Senensis, Perusinus, Orivetanus, Picenus, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletinus. Post hæc occurrit, Latium, *Campagne de Rome*, in quo Roma, sedes Pontificis M. qui nunc **C** Urbana VIII. & vicina Romæ Ostia, Praeneste, *Pilastriana*, Tibur, *Tivoli*, Alba. Mons Cæcubus est in sino Cajetano. Campania, *Terra di Lavoro*, habet Capuam, & versus mare Puteolos & Bajas, ubi veterum structurarum monumenta & deliciarum reliquiae spectantur. In regno Neapolitano est Neapolis. Montes sunt Vefivius, *le mont de Somma*, Mafficus, Falernus, *Montaragone*. In Apruto sunt aquila, Sulmo, Lancianum, Otona. In Calabria, Policastrum & Regium. In Apulia Daunia, *Apulia Plana*, Andululum, Manfredonia. In Peucezia Barum; à quo regio Barensis nomen traxit, Polinium, Tanum, Venusium. In Salentinis sunt Hydrus, *Otranto*, Callipolis, Brundisium.

Insulae circa Italiam sunt Corsica Genuensium, Sardinia & Sicilia Regis Hispaniarum; minores studio omisso, Galinarianam, Georgonem, Capariam, Palmoriolam oppositam Plumbino, Ilichiam, Prochyten, Capreas, sedes Tiberii oblocumque libidinibus decantatas. Miletæ ad Africam relictur.

Siria Carinthia versus Orientem obijcitur. Habet amnes: **H** Suraam, Muram, Dravum: Urbes, Burgam, Grazium, Marchburgum. Slavonia, Illyrici veteris pars est, sita magna sui parte, Savum inter & Dravum. Croatia, Hungariae vicina est. Liburnia vicinior est sinui Adriatico: eamque sequitur Austrum versus, Dalmatia, in qua sunt Sura, Sebennicum, cum urbe Spalato, cujus Episcopus M. Antonius de Dominis ad Ecclesiam Catholicam, à qua recesserat, reversus est, ac nuper Romæ extinctus. Habet eadem Dalmatia Stridonem, patriam B. Hieronymi. Boïna ad amnem jacet sui nominis. Servia est veterum Moesia superior, affinis Macedoniae ex parte sui Orientali. Vvalachia Serviae Raeciaeque obijcitur ab Oriente: Annem habet Alutam, qui se in Danubium praecipitat supra Nicopolim. Moldavia & Podolia tenentur à Poloniae Rege contra Turcam.

Romana est ipsissima Thracia, habetque ad Bosphorum Constantiopolim, sedem Imperii Orientalis, quæ antea Byzantium dicta fuit, nunc vocatur *Stamboli*. Est quæ eadem vocata fuit nova Romana, idcirco regio vicina vocatur Romaniaa. Urbes in Romana praeter Byzantium sunt, Pera, Nicopolis

Apollis ad Nestum flumen, Philippopolis ad Hebrum, Adriano-polis, Trajanopolis, Selymbria in litore Propontidis, Bulcaria in extrema Europa inter Hamum & Danubium sita est. Tauricum Cherfontium, quæ *Gazaria* dicitur, insident Tartari Precepones, subacti nunc à Turca. In Graecia primò occurrit trans Danubii decurrentis ripam dexteram, Macedonia, tum Thessalia, inde Achaja, tum Boeotia, ac denique Peloponnesus. In Bacia sitæ sunt Thebae, & Thepila. Ad mare Jonium sitæ sunt, Epirus, *l'Albanie*, Acarnania, *Acarnanie*, & *Aetolia*. Montes decantantissimi sunt, Athos *Monte Santo*, Olympus, Pelion, Pindus, Othrys, in Thessalia, Ceraunii in Epiro: Parnassus, Helicon, Hymetus, in Achaja. Flumina, Strymon, Alycamon, Peneus, Sperchius, Achelous, Aiopus. Urbes, Thessalonica, Philippi, Amphipolis, Pharfalis, aliaeque. Promontorium nobile Achium, ad quod commissa Pugna Actica. Sinus sunt Acarnanicus, ad quem Olpæ, nunc *Soppote*, Corinthiacus, *Golpo di Lepanto*, cui adidet Neupactus, Saronicus, *Golpo di Anzia*, Thermaicus, *Golpo di Thessalonica*. Insulae in Jonio, Corcyra, Corfu, Nerigus, Cephalenia, Naxos, Ithaca, Zazintus, inque *Aegro*, *l'Archipelago*, Creta cetera quomdam Urbibus clara, cum labyrintho. Postea Euboea, quæ Europam disjungitur à Boeotia. In Aegeo sunt Cyclades, quarum notissima Delos & Chios, Sporades, in quibus Icaria, Samos, Pathmos, Claros, Andros, atque aliae.

Peloponnesus, *la Morze*, isthmo adhaeret continenti: in ea fuere populi Corinthii, Sicyonii, Elei, Messenii, Lacones, Argivi, & in medio isthmo Arcades. Flumina, Eleorum, Peneus, ad quem Pila Olympica, & Alpheus. Messeniorum Panisus, Lacedaemoniorum Eurotas, ad quem Sparta sive Lacedaemon, Argivorum Inachus, ad quem Mycenæ, Montes Pholoe, Stympalus, Naechus.

IV. Africam veterum nonnulli Nilo ab Asia disjunctæ; nos Sinu Arabico. Est ergo Africa nobis Peninsula, cujus Isthmus est inter Mare Mediterraneum & Sinum Arabicum: extendit autem se utrimque trans Tropicos, maxima sui parte subiecta solis ardoribus, sicca, arenosa, serpentina usque adeò scatenis, ut alibi deserta sit, alibi non nisi ab ocreatis agricolis proficisci possit. Quæ trans Aequatorem sita sunt, non describuntur à Graecis aut Romanis scriptoribus. Est autem in ea sitam ab Isthmo Aegyptus, inde Marmarica, & Cyrenaica, quæ & Pentapolis dicitur; tum Byzantium, & Africa sive Libia proprie dicta: adhaec Numidia, ac denique Mauritania, & quidem duplex Tingitana & Caesiensis. Aegyptus, Nili oltis continetur, quomum extrema sunt, Orientem versus, Pelusiacum, ubi Damiatæ, versus Occasum, Canopicum, ubi Alexandria & Pharus, loca Francorum Regum expeditionibus clara. Reliquum Africae latius usque ad Fretum Gaditanum vocatur vulgo Barbariam: suntque in ea emporia, Tripolis, Africa, Tunis, Goleta vicina Carthaginis ruinis, Hippona, *Bona*, Algerium, procul à Freto, in sinu, sita est arx *Penon de Veliz*, Gothorum vel Saraceno- rum opus.

Tingitana Austrum versus Atlante monte eminentissimo terminatur, versus ortum Malva fluvio separatur à Provincia Caesiensis, versus Septentrionem est mare Mediterraneum, ad Occasum Oceanus Atlanticus. In ea sunt montes Abyle & Heptadelpi. Regna hodie Fessæ & Marocci. Fessanum regnum habet Provincias septem. 1. est Tremizen quæ nunc Savia, in qua urbes olim xv. hodie memorantur Oranum ad litus, Tremizen, Anafa, Mancora, Rabatum, Menzala, Nuclehe, Adendum, Teggeles, Madaravium, Dazia, Azafia. 2. Fessa, in qua urbes, Sala, Mequines, Fessa, quam triubem merito dixerit; constat enim oppido veteri, novo, & medio. 3. Algaretta, in qua Laracha, Alcizara, Atzil. 4. Habata, in qua Ezagena, Benitendia, Amergo, Tenzorum, Agula, Bezatum, Tetuana, Tingio, & Ceuta, quæ veterum Septa est. 5. Errifana, in qua Beatiss, Vellezum, Hillelezum, Tagaza, Geba, & Megima. 6. Gareta juncta regio Tremizen, habetque oppida, Melilla, quæ Prolegmae vocatur Rysladrum, Calcaam, Teamoam, & Megeum. 7. Est Chauli, vicina Numidia, in qua Teuretum, Dudubum, Tezara, Ainelgininum, Mehedja, Umeginnabe, & Carclivum.

Marocum creditur esse Bochi Regia, sunt qui malint esse Bocabium Himerum: affidet autem Tenfito fluminis, quod Nubienis Geographus vocat Tanfith: habuit urbs ipsa quondam c. millia aedificiorum, portus xv. absque tunc procul ab Agmeti angustis, per quas ad Lampunias Iolitudines itur. Provinciae illi subiectæ sunt septem, inter quas Ducaia, & Tedela.

Cæsarensis Mauritania est Sallustii Numidia: sed post conditam Juliam Cæsaream, juncta est Mauritania: clauditur verus ortum Ampfiga flumine, nomenque habet ab urbe prima

ria, quam hodie vocant, *Alger*. Fuit autem Numida Masaniffa **E** Regis nomine celebris: urbes habuit, Juliam, de qua jam dixi, Arfenariam, Ruicabar, Rufibarim, Saldas.

In Africa sive Libya proprie dicta fuere. Hyppo Regius, Aphrodisium, Utica, Carthago, Tunis, Maxula. Sybes duæ, major minorque: Amnes Rubricatus, Bagrada, Triton.

Bizantium Libophœnicis primò coluere, estque Africae ea pars, in qua duæ illæ sunt Syrtis: urbs primaria Hadrymetus, ubi Syrtis praecipua. Cyrenaica sive Pentapolis quoque habet urbes, quarum praecipuae sunt Arfinoe & Berenice. Ceterum confusus veterum limitibus, at quoque Arabum Malumeterum imperio, omnia ista nunc sub sunt Regi Tunetano, qui ditionem istam in 5. provincias distinxit. 1. Est Constantina, in qua urbes novem, Collobetus, Ruicada, Taccacia, Hippo, Bierta, Constantina, Milia, Tifeta, & Tebeta. 2. Tunetana, in qua urbes 14. Urica, quam Itali hodie vocant Porto Farina, Carthago, Cunes, Camarti a, Abdirana, Nebilis, Hamametha, Culpea, Heraclia, Silgul, Monasterium, Tabula, Aphrodisium, Ruspina. 3. Tripolitana, continet Menigem intulam, quæ Lothophagitis, nunc *Gerbo*: adhaec, Zoroatom, Lepidem, ipsamque Tripolim Asiaticorum coloniam. 4. est Zeben, est mons Atlas, terriora Africae Numidiaque pertinent. In hac est, ad quæ fauces Sufi amnis, qui Messiam tergemina urbem aluit, in Oceanum se fundit Atlanticum.

Prope Marocum est Promontorium Cantin, & in Oceano Insulae Madetæ, & magis Australes, Insulae Canariæ. Sequitur postea Regnum Gualtæ, cum Promontorium Albo, *Cabo Blanco*: cui Austrum versus obijcit Promontorium Viride, *Cabo Verde*, à quo vicinæ insulae vocantur Virides, *Isles de Cabo Verde*. Decimo ab Aequatore gradu occurrit Promontorium, *Serra Lioma*, ubi litus in Orientem curvat, habetque regnum Guinae austerum. Sub Aequatore est Insula S. Thomæ, qui supra infraque adjacent insulae Principis, *Isola del Principe*, Anni Boni, *de Anno bono*, ubi jam litus ad gradum usque xxxv. in Austrum porrigitur: quo in tractu est Regnum Congo, vel Nanicongo, & Regum Angola: tum Promontorium Bone Spei, *le Cap de bonne Esperance*. Unde se iterum litus in ortum astitum curvat extenditque etiam trans Aequatorem usque ad Promontorium Aromata, quod vulgo vocatur *Cabo de Guardafu*, & ostium sinus Arabici. In continenti sunt **M** G motopa, Mozambica, & ad Sinum Arabicum, Adel, cum Insula Zocotora, aloe optimi feracissima, quam Ptolemaeus vocat Dioscoridum. Insula nobilis Madagascar, sive D. Laurentii à Tropico Capricorni 12. usque ad gradum ab Aequatore porrigitur. Interitis in Africa tant, Biledulgerid, Nubia, & Regnum Abyssinorum, potentissimum. Sunt autem Regis ibi ferè tituli: Supremus meorum regnorum, à Deo nunc delectus, columna fidei, ortus ex stirpe Juda, filius David, filius Salomon, filius columnæ Sion, filius ex semine Jacob, filius manus Mariae, filius Nahu secundum carnem, filius SS. Petri & Pauli secundum gratiam, Imp. superioris & inferioris Aethiopiae, & amplissimorum Regnorum, jurisdictionum, & terrarum, Rex Goæ, Caffares, Angolæ, Bam, Baligaza, Adox, Vanguæ, Royama, ubi Nili fontes sunt, Amara, Baguamodri, Amber, Vanguæ, Tigremahon, Sabajus, quæ patria est Regine Sabæ, Barguci, & dominus usque in Nubiam, quæ in Aegyptum exnagasti, & dominus usque in Nubiam, Melucha, qui Mauritaniae finit, Ampaga qui Numidiam, Nilus, insulam faciens Meroen, quæ nunc dicitur *Gueguere*, & Niger. Ad Nilum fuit Memphis, nunc est Cairus, cui vicinae Pyramides. Lacus sunt H Zaire & Borreo. Montes praecipui, Heptadelpi, Abyle, Arlas, Lunæ. Porro Arlas sic per Africam dicitur, sicut per Asiam Taurus, per Europam Alpes. Deserta Africae sunt, *Tegazza*, *Barcha*, *Eljocar*, *Henr*. Promontoria, si à Gadibus proficiscere, *Cantin*, quod Ampelufiam vocat Mela, *Dalgner*, *S. Maria*, *Blanco*, *Verde*, quod est veterum Hesperionkeras, *Roxo*, *Vorça*, *de las Palmas*, *de las Baxas*, *de trespuans*, *de S. Paul*, *de saint Benoist*, *de Lopes Consalves*, *de Primero*, *de Lerdo Arca*, *Negro*, *Cenertan*, *de Bonna Esperanza*, *de Correntes*, *de Guardafu*.

Totus verò tractus Aegypti, qui ad Sinum Erythraeum extenditur, olim tributus fuit Aethiæ, nunc pertinet ad Africam. In eo tractu hoc est memorabile, quòd nullum flumen inde efflueret in mare rubrum. Ipsum illud mare hodie vocatur *Ex Mar Rosso*: Arabibus, Calcem: Hebraeis, Jam Sup. Scatit autem insulis, & caesis vadis. Fretum sive ostium sinus vocatur hodie Babel, Mandel. Merces Africanae sunt ebur, aurum, dactyli, coria caprina, bubula, aliaque: adhaec Zibetum, Plittaci, Simia, Elephantes.

A. V. Asiam ab Europa dividunt Tanais fluvius, *Don*. Maotis Paulus, *Mar del Zababo*, Bosphorus Cimmericus, *Bocca di S. Joan*, Pontus Euxinus, *Mar Maggiore*, vel *Mar Negro*. Bosphorus Thracicus, *Stretto de Constantinopoli*, Propontis, *Mar di Marmara*, Hellespontus, *Bras di S. George*, vel *Defroit de Chasteaux*. Mare *Ægeum*, *Archipelago*, & Mare Syriacum. Ab Africa Isthmus, & Sinus Arabicus. Cætera clauduntur Mari Arabico, Oceano Indico, Eoo, & Sarmatico. Una autem Asia sua magnitudine aequat Europam & Africam simul junctas. Dividitur autem ea rectè à nobis in partes septem. i. Habebit ditionem Imp. Turcarum. ii. Moschi ditionem Asiaticam. iii. Terras Magni Tartarorum Chamii. iv. Persiarum Dominum. v. Indiam utramque. vi. Sinas. vii. Insulas Eoas.

Turcarum Imperio nunc præest Sultanus Amurathes, post Sultatum Osmam, & Sultatum Mustapham. Ejus in Asia partes sunt istæ, Natolia, quæ est Asia minor, Syria, Arabica, cum Insulis ad Asiam pertinentibus, Tenedo, Icaria, Chio, Carpatho, Rhodo, Cypro. Hicæ omnibus in Asia præfunt xxix. Beglerbegi, nimirum Natoliæ, qui præfectus est undecim Provincias Caramanæ, qui septem: Sinas, Tocati, Dulgarid, Alepi, qui subiectas habet, vii. Præfecturas: Cham sive Damafci, qui decem: Tripolis, qui v. Maras Diaberch, Bagdat quæ est Babylonia, qui 18. Balas ad ostium Tigris, Carman, Aden, seu Gemen quæ est in Arabia Felice; habetque sibi subiectas præfecturas v. Giebetz quæ est in Cypro, Secherzul, quæ est in Assyria: Unam, in sinibus Persiarum, præfectus 13. Provincias: Arzerum in Armenia majore, qui iii. Tiflu, Tichildit, qui ix. Sochum, Cars, Temircapi, Batin in sinibus Georgianorum: Sitvam seu Media: Fasæ in Mangrelia, Revan, & Somachia. Navalia Turcæ quatuor in universum sunt. Unum in Pera, pro urbe Constantinopolitana. Secundum Callipoli, pro Ponto Euxino. Tertium in Zues, pro sinu Arabico. Quartum in Balseram, ad tendendum sinum Persicum.

Mare Caspium, *de Sala*, vel *Bacini*, in hac parte est, quod falso crederent Veteres sinum esse Oceani Septentrionalis, undique enim terris clauditur: exonerat se in Isthm ab Oceano Ataxæ, à Septentrione Rha, ab Austro Jaxartes & Oxus, ab Austro Cyrus. Amnes in pontum Euxinum influentes sunt Thermodon, Iris, Ponti, Helys: Galatæ, Barthenius, & Sangarus: Bithynia, Rhindacus. In *Ægeum* influunt ex Phrygia, Simois & Scamander. Ex Lydia, Caycus & Hermus. Caystrus & Mæander ex Caria. Xanthus ex Lycia. Cataractes ex Pamphylia, sive *Caramania*. Cydnus ex Cilicia, qui Tharsum, Pauli Apostoli patriam, præterlabitur. Orontes ex Syria, cui adfider Antiochia. Jordanes ex Palæstina. Lacus ingens Asphaltites, in quæ se effudit Jordanes: Hic ex Libano duobus capitibus oriens, Jor, & Dan, per Samachonitem lacum & mare Tiberiades se exonerat in eum quem dixi Asphaltitem lacum vel Mare mortuum. Urbes Asiæ præcipuæ nunc sunt, Theodosia *Casæ*, & Trapezus *Trebizonde*. Fuerunt quondam Amalutis, Prusa, Chalcedon, Abydus, Troja, Smyrna, Colophon, Ephesus, Miletus, Patara, Tarius, Antiochia, Tripolis, Berytus, Tyrus, Sidon, Joppe *Iaffa*, Alcalon, Azotus, Gaza, Damascus, Hierotolyma, quam *Ælius Adrianus* à se *Æliam* vocari voluit. Montes Phrygiæ Cimon & Ida, cujus pars Gargarata: Lydia Siphylus, Caria Cadmus. Sunt etiam in hac Asiæ parte Taurus & Antitaurus, itemque Libanus & Antilibanus. In Cypro sunt urbes famose, Salamis, quæ nunc Famaugusta, Amathus, Paphus, & Nicofia.

Arabia triplex est: Petra, in qua Petra oppidum; Deserta. inter Ægyptum & Petream; Felix, inter Mare Erythreum & Persicum. In Deserta sunt montes Sina & Horeb, ubi Deus Mosi tabulas legis dedit.

Populi confines, Moabite, Idumæi, Judæi, Gallæi, Samaritanæ, Tituli Magni Turcarum Imperat. hi sunt. Imperator. Filius. semper victor. Ego, qui per infinitas gratias Omnipotentis, & abundantiam miraculorum Principis Prophetarum, sum Imp. Augustorum Imperatorum, distributor coronarum inter maximos terræ Principes, minister duarum sacratissimarum & augustissimarum urbium & pulcherrimarum totius orbis Meccæ & Medinæ, Protector sanctæ Hierusalem, Dominus maxime partis Europæ, Asiæ & Africæ, victrici nostro ente parte, scilicet regionum & regnorum Græciæ, Themiav, Bosnia, Segeti, Natoliæ, Caramanæ, Ægypti, omnique terræ Parthorum, Curdorum, & Georgianorum, portæ ferti, regionique Principis parvorum Tartarorum, Cyprî, Diaberque Alepi, Erefum, Damafci, Babylonis, Barzate, Arabiarum, Abech, Tunis, Tripolis, Barbariæ, & plurimarum aliarum regionum, insularum, fretorum, portuum, populorum, familia-

rum, generationum, & infinitarum myriadam præstantissimo. E rum militum, qui sub nostro obsequio requiescunt, & sub mea iustitia, qui sum Imper. *** Filius Imperatoris *** Imperatoris Mahomet, Imperatoris *** Imperatoris *** & Imper. gratia Dei, refugium præcipuorum Principum Mundi, & asilium honoratissimum Imperatorum.

Magnus Moscorum sive Ruslorum Dux, præter ea quæ in Europa tenet, ingentes habet regiones in Asia, confines Tartaris, ut sunt Pezorum, Condora, Permia, Davina, Obdora, usque ad Volgam flumen. Tiuli Duci hi sunt. Gratiæ Dei Imp. & Dominator totius Russiæ, magni Ducatus Volodimiræ, Moscoviæ, Novogrod, magnæ Pskoviz, Smolenskiæ, Thuevia, Ingariæ, Permiæ, VViatkiz, Bulgariæ, &c. Dominator & magnus Princeps Novogrod regionis inferioris, Czernigol, Retzan, VVolochdæ, Bloviz, Bielloy, Rostoviz, Jarosloviz, Polozkia, Udor, Obdora, Condimiz, &c.

Persicum Imperium transmissio Euphrate sequitur, estque proximum ei Mare Caspium, quod undique terris clauditur. Terminus Persiarum Imperii est Indus amnis. Sunt autem in eo Media, Assyria, Susana, Metopotamia, Peris, Parthia, Hircania, Margiana, Bactriana, Paropamisus, Aria, Drangiana, Eudrosia, & Carmania. Flumina, Euphrates, Aris, Drangiana, F Armenia orti diversis fontibus, postea junguntur, effunduntque se in mare Persicum sive R ubrum. Mons Taurus variis nominibus pro locorum situ appellatur per totam Asiam, Imaus, Emodus, Paropamisus, Urbs in Sinu Persico memorabilis, est *Ormus*, quam superiore an. qui erat 1623. eripuit Persia Hispano.

Tartari Septentrionalia Asiæ tenent à Mæotide usque ad Oceanum Eoium, neque est ullius in toto orbe majus latitudo Imp. Tartaria Deserta multas hordas habet. Zagatai est Scythia intra Imaum, nomine à Sogdianis petito. Catai regnum caelo, soloque beatissimum. Tangu est Scythia extra Imaum, cum Sérica regione vicina Sinensibus. Urbes præcipuæ sunt, Combalum, Samarcanda, Caidus. Cassa, quæ est in Tartaria Præcopenis, est veterum Theodosia. Quinta urbes totius orbis maximam solus memorat Paulus Venetus, quæ de ea stupenda narrat, fidemque excedentia. Pertinent autem ad Septentrionalem Tartariam Samoiti, oppositi fretu Vveygaz. Flumina præcipua sunt, Pulischinis, Coromora, Quianu, & Viam, quorum istum ajunt latissimum esse & profundissimum.

Judiam Ganges medium fecat, quo fit, ut pars ejus Persis vicina, sive occidua, vocetur India intra Gangem, altera vero, extra Gangem. Illam hodie appellant *Indiam*: suntque in ea Cambaja, Bisnagar, in qua urbs Goa, Calicut, Narsing, cum Insulis Ceilon, & Maldivis, quarum numerus ignoratur. In Transganganeta sunt, Bengala, Pegu, & ingens Promontorium, in quo Malacca. Eidem accensetur quoque Sumata insula, quam Plinius & Ptolemæus vocant Taprobanam; describuntque exactius, quam nobis hæc tenent Innotuit. Merces Indiæ sunt aurum, fericum, gemmæ, uniones, aromata, ut pipet, caryophilli, nucis myristicæ, cinnamomum, rhabarbarum, aliaque.

Sinarum regnum in Zona temperata situm est, terminaturque Mari Eoo, India, & Tartaria, à qua per spatium cccc. leucarum, ubi natura montium monumentum non dedit, muro discluditur, humana industria constructo. Regio amplissima est, Provincia in ea cl. Metropoles cccxxv. Castellæ majora mcliv. Municipia ccccxx. Villarum pagorumque numerus innumerus. Incolatum summa excrevit ad lxx. myriadas. Urbes præcipuæ sunt, *Panquin* & *Nanquin*. Cives ibi & per omne regnum ingeniosi atque industriosi: Typographias, Tormenta bellica, usum pulveris sulphurei, aliaque artes habuerunt ante nos.

Insulae Maris Eoi sunt, Java Major, Borneo, ferax aromatum, Ceilam, Moluccæ quinque, Ternate, Tidor, Mutir, Machiam, & Bachiam, occupatæ à Batavis, qui etiam possident Amboynam & Bantam. Luconiam, Philippinas, & Japoniæ partem tenet Hispaniarum Rex. Abundat autem Japon argente: cæteræ insulae gemmis, unionibus, aromatisibus.

VI. Superest spectanda America, inter Mare del Zur & del Nort interjecta. Eam dubia perinde suspicione, postea accuratior Christophoti Columbi, Correlli, Valboæ, Pizari, Americi Vesputii, & Ferdinandi Magellani inspectione cognitam describitur, ob ingentem amplitudinem statim Novum orbem vocare: inventa est autem anno mccccxxviii. regnante in Hispania Ferdinando Aragonum Rege. Dividiturque in Septentrionalem & Australem, quas partes connectit Isthmus Dariensis. In illa sunt Eftotlandia, Terra Laboratoris, Canada, nova Francia, Norumbega, Virginia, Florida, Jucatan, Nicara-

agua, Nova Hispania, California & Quivira. Interius Nova Grenada, & Nova Hispania. In hac insula, Castella, Aurea, Ploppiana, Peruvia, Chili, Chica, & Brasilia. Peruvia sub Carolo V. detecta est an. md. xxx. Brasiliam commendant portus Fernamboci, & *Toros Sandos*, proventu sacari nobiles, quorum hunc Batavi quum an. mdc. xxiv. occupassent, deiecerunt iterum coacti sunt. Amnes præcipui sunt, Paragnian, fluens per Novam Franciam. Meragion, qui idem vocatur fluvius Amazonum, per Meridionalem Americam labens. Fluvius Argenteus, *Rio De la plata*. Hi omnes exonerant se in Mare del Nort. In oppositum vero mare sive Pacificum, quod vocant *Del Zur*, nullus (quod mirum est) eximius amnis labitur: tantum inter Californiam & Novam Granadam Caramara fluvius se injicit in Sinum Vermilium. Urbes in America præcipuæ sunt, Cusco, Mexico, Quinto, Havano, Nomare de Dios: Insulae in sinu Mexicano sunt, Cuba, Hispaniola, quæ & S. Dominici insula vocatur, Jamaica, quæ S. Jacobi dicitur, S. Joannis, quum Borqueos nominant, Margarita, quibus prætextuntur ea quæ vocantur Antillas vel Caracænae insulae, quæ omnes Hispano subiectæ sunt. Ulterius ortum versus in patente Oceano ad gradum latitudinis vi. viii. sunt Azores, seu Flandriz, ad quarum meridianum axis magnetica recta in Septentrionem fertur. Merces Americanae sunt Argentum, Coria, Sal, *Conciviglia*, Gemmæ, Uniones.

Nunc terris peragratis, aperienda quoque sunt Maria: est enim homo animal amphibium, & non minus mari præest quam terræ: sed illi ob hanc. Maria igitur partim terras subeunt, partim circumlunant: illud ubi fit, Sinus est; hoc Insula. Mare autem quodvis terras subiens, vocari potest Mediterraneum, sicut est; quod vero ambit, vocatur Oceanus: Mediterraneæ nomen singulariter illi Sinui adhaesit, quod per fretum Herculeum immisitum, Europæ, Africæ, atque Asiæ oras non tantum tangit, fed etiam terminat. Id Græci Latinique Interius vocant; Arabes, Damascenum. In eo sunt, Mare Ibericum, Balearicum, Gallicum, Ligulicum, Tyrrhenum sive Hetrucum, Siculum, Adriaticum, Jonium, Creticum, Ægeum, *Archipelago*, cujus pro insularum numero varia nomina: nam à Myrto, Myrtoum, ab Icaria Icarium, ab alius Rhodium, Carpathium, Lesboum, Hellepontus, *Bras de S. George*. Propontis, *Mar di Marmora*. Bosphorus Thracicus, *Stretto di Constantinopoli*, Hellepontus Xerxes, Thracio Darius in Europam irrupit. Ad hæc Pontus Euxinus, *Mar Maggiore*. Bosphorus Cimmericus, *Bocca S. steanni*. Palus Meotis, *Mar della Tana*. Scythia *Temerida*, in quem insiuit Tanais, quem Scythia *Silim* vocant. Littora autem Asiæ atque Africæ ab Helleponto stringenti occurrunt hæc maria, Carium, Rhodium, Pamphylicum, Cilicum, Syrium, Phœnicium, Palæstinum, Judæicum, Ægyptium, Cyrenaicum, Libycum, Numidicum, Mauritanicum.

Alter sinus est Septentrionalis, Codanus, Balticus, Germanicus, Cimbricus; extenditurque ad fretum Senticum usque ad extremas Finniæ & Boddiz oras. Estque hoc in Finlandia memorabile, quod tribus à Rasseburgo militibus Austrum versus inter cautes marinas locis fit, ad quem naves quum appulerant, vident autem quæ pyxidibus nauticæ statim in gyrum verti, nec cessare hunc motum, priusquam uno inde militari abcesserint.

Tertius, sive quem veteres plerique (nam Herodotus & Aristoteles à cæteris dissentient) crederent ad Scythico Oceano proficisci, & esse Mare Caspium, imaginarius est, imò erroneus: mare enim istud undique terris cingitur. Esto ergo nobis Tertius sinus Arabicus, *Mar di Mecca*, à patria Mahometi. Quartus Persicus: pertinent autem hi duo ad Mare Erythraeum. Quintus Argaricus, sive Gangeticus, *Golfo de Bengala*.

In Hemispherio Occidentali sive Americano, duo sunt Sinus memorabiles, Mexicanus & Vermilium. Oceanus ipse pro situ aut qualitate varia foritur nomina Vocatur Scythico, Septentrionalis, Glacialis, Cronius, Amalthius sive Hyperboreus, Germanicus, Britannicus, Calcedonius (nam Deucealedonius fictitius est) Gallicus, Aquitanicus, Cantabricus, Hispanicus, Atlanticus, Æthiopicus, Indicus, Nervicus, Australis, Eous, Senensis, S. Lazari, *Mar del Nort*, *Mar del Zur*, sive Pacificum.

Periplus oræ maritimæ in nostro Hemispherio sic se habet. A Fretu Vveygaz usque ad Promontorium Caninos, Russiæ est, sive Sarmatia Europæa. Inde ad Promontorium Norvegiæ maxime Septentrionale, Finmarchia: Unde à Fretu Sontico sive Baltico huc ad Alpis fluminis ostium, est

Cherionæsus Cimbrica sive Dania. Ab Alibild Rheni oris, E litus Germanicum. Hinc ad Bajonam, litus Gallicum, variis nominibus, Flandricum, Normanicum, Britannicum, Santonicum, Aquitanicum. A Bajona ad Promontorium Celticum ora est Cantabrica, *Biscaye*. Inde Portugallica, post quam sequitur Barica, sive Andalusia. A Gadibus & fretu Herculeo usque ad Promontorium Capitis Viridis, est Africa. Inde ad Promontorium *Serra Lioma*, Guinea & Nigratarum ora. Tum sequitur Regnum Congo, & Angolæ, & ad Caput Bonæ Spei, Zanzibar: Postea litus Monopota; & quo ad Promontorium usque Guardafu juxta Sinum Arabicum, est litus Mozambicæ. Hinc sequitur litus Arabicum, Persicum, Indicum, & ad Orientalem Oceanum litus Sinæ. Unde per Fretum Anian rediunt ad Mare Septentrionale, Fretum Vveygaz.

Periplus Americanus ex iis quæ diximus nosci potest. In ora maxime Septentrionali nobis cognita sunt freta Davis & Forbriseri, à quibus ad Promontorium Breton est Eftotlandia cum Terra Corterrali. A Britonum Promontorio usque ad Caput de *Arenæ*, est Norumbega, tum Nova Francia, & Virginia. Hic se in Isthmum contrahit vasta regio, facta ab Oriente in Oceanum ingenti Sinu, qui vulgò Mexicanus dicitur. Isthmus utrinque Oceano pulsatus. Promontorium in eo Jucatan, à quo sursum versus ora Septentrionalis pertinet ad Novam Hispaniam, inferior sive Australis vocatur Nova Castella. Hinc ad Promontorium Alinda & fluvium Margonem sunt ora Caribantus, & Tinadae, subiecta Equatori. A promontorio usque ad Cabo Frio, quod subiacet Tropico Capricorni, litus est Brasiliæ, in quo nobilis portus S. Salvadoris. Hinc ad ostium fluminis Argentæ, *Poi de la Plata*, sunt Popinikini. Unde ad Fretum Magellanicum regio Chica se pandit. Fretum ipsum creditur esse unicum esse dumtaxat, nec posse in mare advenire nisi eo solo penetrari: Sed ab Isthmo *Meire* edocti sumus, esse etiam alias vias magis vergentes ad Polum Antarcticum, quibus commodior se aperit navigatio: tamen vias Hispanicæ Tabulæ arte hos annos xxx. editæ, aliaque Venetæ his ipsis vetustiores figuraverunt. A Fretu igitur isto recta ferè se Septentrionem spargit litus, habens interius Regnum Chili, usque ad Promontorium Fortunæ, à quo ad Promontorium S. Jacobi est Peruvia. Inde ad Promontorium Vermilium ora Nova Hispania. A Promontorio Vermilium usque ad *Sierra Nevada*, est California. A qua Fretum Anian Quivira. Fretum autem Anian creditur Americam ab Asia separare.

Addamus hoc loco aliquid de Marium inter se conjunctione, nam & hæc res ad Geographiam pertinet, quatenus ea Politicæ ancillatur. Jungi ergo posse inter se Maria, quæque natura primò discludit disjunctique, posse remota impedimentis reddi navigantibus pervia, docuit nos ipsa natura; Sicilianam quippe, quum continens esset, agroque Bruto adnexa, mare ex Tyrrheno & Hadriatico immisitum, adfessis Isthmi angustis, intercepti, fecitque Insulam, & ut ait Poetarum Princeps:

quum protinus utraque tellus Vna foret, venit vi magna Pontus, & undis Hesperium Siculo latus abscedit, arvaque & urbes Littore diducit angusto interluit estu.

Avulsit simili modo natura Cyprum Syriæ. Eubœam Bœotiz, Eubœæ Atlantem & Macrin, Bessibum Bithyniæ, Leucosiam Sirenum promontorio; docuitque nos suo exemplo, jungere inter se Maria, subilans obstaculorum molibus ad usum commerciorum. Est enim ut Arsimitarix natura, ita Natura Artus dux, magistra & comes. Hoc modo fretum Gaditanum ajunt ab Hercule perforatum. Seseostrim quoque fretum Ægypti Regem, & post eum Plaminiticum, ac denique Ptolemæos, ducta ex Nilo in sinum Arabicum fossa, conatos esse navigabilia inter se reddere maria, Internum sive Mediterraneum, & Æthiopicum. Fuit quoque consilium Seleuco Nicanori, Pontum Euxinum jungere Mari Caspio. Noto Imperator Isthmum Corinthicum perferdere conatus est, ex Peloponneso insulam facere, ne ex Jonio in Ægeum proficiscens opus esset periculosissimum. Mælex promontorium præternavigare. Carolus Magnus Francorum Rex, & primus Imperator, quum expeditionem meditaretur in Græcos, fossam ducere instituit ab Alemone in Radantiam, ut commensabiliter se efficeret Oceani & Ponti littora, posteaque exercitus suos & castrensia impedimenta ex Oceano, Mola, & Moella in Rhenum, inde in Mænum, postea in Regnelum & Radentiam, inque Alemouem & Danubium deducere, atque ita secundo amni usque in Pontum Euxinum duceret. Sed & ante

A eum Lucius Verus, qui imperante Nerone exercitibus in Gallia praesuit, Moesiam & Rhenum facta inter utrumque fossa conatus est necesse, ut copia per mare, dein Rhodano & Arari per illam fossam subvecta, mox fluvio Moesella in Rhenum, exin in Oceanum devenirent, insubtilisque itinerum difficultatibus, navigabilia inter se Occidentis Septentrionisque littora fierent; cuius tamen institutum impeditum est a Gracili. In Hispania etiam non semel actum est de perfodiendo Isthmo Dariem, qui America partes connectit, ducendaque fossa inter Non pre de Dios, & Panaman, ut ita ex sinu Mexicano in Mare pacificum navigari posset, pateretque inter duas Americas liber & tutus Hispanis in Indias Orientales itus ac reditus. Struerat quoque Franciscus I. Atacen Garumnæ committere, ut ne opus esset iis, qui ex portibus Galliae Mediterraneo mari adftris in Oceanum Aquitanicum, aut Gallicum, aut Germanicum proficisci vellent, Hispaniam omnem circum navigare, & praeter itinerum moras, pericula, impensas, alieni quoque Regis imperium expetiri. Quin & nostrum hoc saeculo Praedidit Jeannini sanè sagaci in dustris inventa est ratio jungendi Ararum cum Ligeri, beneficio lacus cuspidam in Burgundia, pari ferè octo leucarum intervallo utrumque ab istis annibus liti, ut ita ex Massilia portubusque vicinis subvecta naves in Rhodanum, ex Rhodano in Ararim, ex Arari in eum quem dixi lacum pervenirent, unde postea in Ligerim, inque Oceanum secundo anni descendentes. Lacum vocant, *Longpedu*, constataque, ex eo lacu duos amnes fluere, *Vetbincham* & *Dunam*, quorum alter supra portum *Dionisi* se insicit in Ligerim, alter prope *Verodonum* miscetur Arari; ut videri possit natura ipsa Regem nostrum ad tantum opus suis quoque subsidiis invitare. Ad quas commoditates illa etiam accedit, quod per canalem *Briare* ex Ligeri in Sequanam, ipsamque Parisiorum urbem Lutetiam, facilis atque expedita possit institui navigatio. Si ad ceteras Galliae laudes, de quibus suo loco breviter dixi, hæc una posset accedere, haberet procul dubio Gallia Regis beneficio compendiosam, commodam & fructuosam mercium suarum transportandarum, militumque quaquaversum subvehendorum rationem, vitatis, longis, lentis periculosis, ac dependiosis profectioibus.

CERTAMINA GEOGRAPHICA.

C *Consule Tit. Geographicum iudicium ineptum: quatenus certamen habet iudicium.*
Lusitani re prosperè gesta contra Mauros, regnum *Fessæ* inhabitantes, oram Africae cooperunt legere, ann. Salutis 1476. *Alfonsi V.* auspiciis, & quia nemo ferè erat, qui resisteret, aromatum per Oceanum ex Oriente convehendorum spem amplissimam conceperunt. Vingtiorum annorum spatio ad promontorium *Bonæ spei* pervenerunt, hinc *Calcutum* usque. Sub id tempus, cum *Christophorus Columbus* Genuensis novum Orbem, regis Hispaniæ *Ferdinandi* Catholici auspiciis, reperisset, *Alexander VI. Pp.* jus illarum regionum Hispanis concessit, anno Salutis 1493, atque ut occasione litium tolleretur (quandocumque *Alvarus Capralis* *Emmanuelis* Lusitaniæ regis classi præfectus, ann. 1500. *Brasiliam* attingeret tempellate jactatus, & in ea cruce *Lusitanam* fixerat) lineam à circulo arctico ad antarcticum ductam, quæ centum leucis ab insulis promontorii *Viridis* Occidentem versus distaret, terminum Lusitanorum & Hispanorum esse voluit. Eam divisionem *Joannes II.* Lusitanus agrè ferè, erectus jam animo ad insulas occidentis occupandas, & ut terminus supr. 370. leucas in Occidente promovetur, impetravit. At dum Occidentali Indiarum inhabitat, Orientalem cum *Moluccis* aromatum insulis amisit. Hæc cum *Ferdinandus Magellanus* Lusitanus, postquam ad Hispanos defecisset, freto per antarcticum enavigato, ab Occidente in Orientem penetrans reperisset, & *Joannes Sebastianus* *Gano*, qui *Magellanus* à *Barbaris* occidio successerat, summa *Caroli V.* laetitiam negotiationis aromatum longè compendiosiorum viam inventam ostendisset; Lusitani ad se *Moluccas* pertinere dicebant, quod in Oriente essent sitæ; Hispani e contra in Occidente illas ex divisione *Alexandrina* contineri affirmabant. Tandem delectis ex utraque partes vires Cosmographia reque nauticæ peritis negotium demandatum, in consensibus *Castellæ* & *Portugallæ*. Tergiversantibus Lusitanis, Hispani 370. leucis distantem ab occidentali insula promontorii *Viridis* lineam duxerunt, & hunc terminum ex Pontificio veteri decreto esse volvere, iusserunt, anno Sal. 1525. quo termino *Moluccæ occidentales* manebant. Lusitani fremere minari. At *Carolus V.* *Bononiæ* coronam Imperii accepturus eel. milibus aureorum ducatorum à Lusitano acceptis, pigno-

ris loco *Moluccas* ei concessit, & conventionem illam arbitram fustulit, seu distulit potius, quoad de jure liquidius constaret. Sæpè postea interpellatus Imp. ut pecunia (quam privati quidam se numeraturos pollicebantur, navigationis relato privilegio sibi in sexennium concessio) Lusitanis restitua, *Moluccas* assereret, nunquam ad id persuaderi potuit. *Pet. Cieza Tom. 2. rer. Indicar. ann. 100.*

GEOMETRIÆ, GEOGRAPHIÆ, STUDIUM.

Vide etiam proximum T. Iulium. *Inventio Regionum, Historici naturalis propria est, eaque propter, libro priore pertractata. Quatenus vero eandem dimensio & descriptio veluti accidentales partes inventionis considerantur, ad Geometriam pertinent.* *Aegyptii* Geometriæ fuerunt studiosi ob Nilii inundationem, *Diod. lib. 1. c. 3.*

Perle, licet in omni disciplinarum genere libros suos erudirent, prima tamen & præcipua semper cura fuit, ut in primis *Arithmetica* & *Geometriæ* præceptis inbuerentur. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25.*

Alcibiades Atheniensis Geometriæ studiosus fuisse scribitur. *Plur. in Alcib.*

Hadrianus Imperator Geographiæ studiosissimus fuit, teste *Spartiano*, ita ut ejus studio longinquas peregrinationes suscipere non dubitavit, magno cum valetudinis iudicamento.

Hier. Fracastorius, Veronenis medicus clariss. Cosmographiam tanto studio colebat, ut terrarum omnium à Lusitanis in Oriente, & ab Hispanis in Occidente inventarum descriptiones & loca, ligneis orbibus admissis fabricatis, altitudinem & latitudinem, adhibitis dimensionibus, delinearet. *Auctor. vite.*

Cosmographi Indiarum, quæ Lusitanis & Hispanis paret, regii, nullam navium gubernatoris narrationem admittunt, quæ juramenti religione, tum testibus exceptione omni majoribus, non fit confirmata. Itaque historici produunt, *Valcum Nannium* *Valboam*, in Oceano instituta ad Meridieum nova navigatione, id mare detexisse, quod vulgò *Surum* nominant. Ex altissimo conspectu monte, focus id ostendit, ejusque possessionem, Hispaniarum Regis nomine, adhibitis ex solemnitate testibus, & notario, cepit, & paulò post *Margaritarum* insulam reperit. *Io. Metellus.*

GEOMETRIÆ, GEOGRAPHIÆ, CONTEMPUTUS, ODIUM.

Consule Tit. Geometriæ & Geographiæ imperiti, quatenus imperiti ea, quæ ignorat, contemnant.

Palladas Grammaticus in Geometrasice invehitur in Epigrammatis Grecis:

Εἰτὲ, πῶς οὐ μετρίως κίμων, ἢ πείρατα γαίης,
Ἐξ ἄλλης γαίης σῶμα φέρων ἄλλου;
Σαυτὴν δεξιόμοσον ἀπέστειρον, ἢ γινώσκῃ σαυτῶν,
καὶ τὴν δεξιόμοσον γαίαν ἀπεπέμψῃ.
Εἰδὲ ἄλλοτὴν πῶς οὐ μετρίως ἢ καταπέμψῃ,
Πῶς δὴ ἴσῃ γῆρας ἢ ἀνέστην τὰ μέτρα.

Socrates Geometriam in sola contemplatione versantem nunquam ad opus accedentem, serio reprehendebat, quod in iis occupata mens humana, nihil vitæ dignum præstare videretur, immo dico veri imaginarii studio, boni exercitacionem negligens. *Xenophon. lib. 4. Memor.*

Metius Pomponianus, qui *Vespasiano* olim Imperium prædixerat, à *Domitiano* in Cynrum relegatus est, eò quod universi orbis descriptionem atque picturam domi in tabula haberet: atque conciones regum & cæterorum principum, quæ sunt apud *Livium* scriptæ, studiosè evolveret. *Xiphin. in Domitiano.*

AUCTORES.

De Geometriæ cum utilitate, tum necessitate, dignitate & excellentia, vide *Plin. lib. 7. c. 27. Teophrast. lib. 11. c. 31. Cælius Rhod. lib. 18. c. 24. Polydor. Virg. lib. 1. c. 18. Kiosus Cælius Rhod. lib. 7. c. 30. lib. 15. c. 13. Plin. Sympol. 8. 2. A. Gell. lib. 1. c. 20. Valturinus de Geomet. militari lib. 2. cap. 5. Phil. Melant. præfat. in Geomet. Io. Vagilini. 1. ab. Quint. Inst. Orat. lib. 1. c. 21. Jacob. Mag. in Sophil. 1. 27.*

* Germania. Germani.

ETYMOLOGIA, ET APPELLAT. VARIE.

Germani, qui & Rheni, à fluvio Regionis principali: & Alemanni, à vico Alman: & Teutones, à Thuisione, quæ alii

alii vocant *Thuysonem*, & filium *Noe* fuisse credunt: nominis appellationem sortuntur, sive ab effectu & charitate germana, sive à germinando, quod maximam hominum quantitatem in alias provincias ablegent, & se exonerent: sive quod omnium esse verissimum, ab insigni fortitudine, quasi *Germanen*, id est, viri fortes, quom etiam rationem vocabuli *Alemanni* existimaverim, quasi *alle mamen*: & nulli inter eos sunt effeminati. Unde etiam nomen Hebræi Germanos vocant *Askenes*, *Io. Oleaster, Delrio*, & alii. Aliam originem *Strabo* tradit; existimat enim, Germanorum appellationem à Romanis fluxisse, quod nempe essent Gallis perfimiles. *Tacitus* verò nationis nomen esse vult, non gentis, illudque valuisse paulatim, ut omnes primùm à victore ob metum, mox à se ipsis invento nomine, Germani vocarentur.

REGIONIS LIMITES.

Non omnes inter se conveniunt in assignandis Germaniæ limitibus. Antiquissimi siquidem definitivè Germaniam *Rheno*, *Danubio*, *Oceano*, *Tanai*, & *Ponto Euxino*. Posterioribus *Rheno* claudunt, & *Vistula*. *Tacitus*, montibus à *Dacis* & *Sarmatis* separat. Hodie verò omnes illos dicimus Germanos, qui lingua vel dialecto Germanica utuntur. Dividunt autem illam in Germaniam superiorem, quæ *Alpes* habet conteminas & continet hæc regiones, *Helvetiam*, *Allatiam*, *Vittebergam*, *Franconiam*, *Sveviam*, *Bohemiam*, *Moraviam*, *Bavariam*, *Austriam*, *Hungariam*, *Tirolum*, *Stririam*, *Carinthiam*, *Carniolam*: Et inferiorem, quæ continet eam quæ *Belgia* vulgò appellatur, & complectitur Provincias *xvii.* & præter hæc, *Vestphalam*, *Turingiam*, *Saxoniam*, *Marchiam Brandeburgensem*, *Lucaciam*, *Mansfeldiam*, *Silesiam*, *Daniam*, *Holstatiam*, *Pomeraniam*, *Prussiam*.

SPLENDOR, ET ORNAMENTA.

Habet Germania consummatam omnium rerum, quas alibi natura largitur, abundantiam, frumenti & vini præstantissimi feracissima; fluvios habet, si ulli alii, maximos, & commercii apertissimos. Montes & valles amenissimas: Civitates populosas, & opulentes penè abque numero. *Gymnasia* publica supra ex. præter illa quæ inferioribus est caput, sedem in ea fixit *Romanorum* Imperator *Janus* à *Carolo* illo re & nomine *Magno*. Sunt & in Germania liberæ Civitates *lxxxiv.* *Incolas* habet robustos, & fortes, ut quorum arma *Romani* in *Gimbris* primùm, deinde aliis experti fuere. Hodie tamen quoad robur corporis, & militiæ disciplinam, multum labefacta *Germanorum* virtus fuit. Manis tamen animorum vigor, & disciplinarum omnium cultus. Habent enim omnibus artibus vel maximè instructos, & *Latine* Græcæque lingue peritissimos. *Machinarum* bellicarum, *Typographiæ*, & *Horologiorum* inventionem Germaniæ debemus: ita ut merito omnium artium assilum facta fuerit, omneque scientias admittat & fovat.

Plura requirat lector apud *Gerardum*, *Mercatorem*, *Abrahamum Ortelium*, *Petrum Bertium*, aliosque Geographiæ, & Cosmographiæ scriptores.

Lepidum est, quod in conventu *Francofurtensium* in electione *Maximiliani* *Cæsaris* ejus nominis *II.* evenisse scribitur. Intervenerat *Imbratius Turci* Imp. interpres tanquam legatus, cui cum tres *Principes*, *Saxo*, *Bavarus*, & *Juliacensis*, ante Imperatorem in equis incedentes monstrarentur, ac simul de eorum potentia mentio incidisset, eam tantam esse, ut eorum quilibet *Turco* Imperatori bellum movere posset, & plures illis similes Germaniam habere; risit ille, dixitque, se facile ex illis quos præsentem intuebatur, colligere posse absentium robur & potentiam: neque se existimare, quin vires Germaniæ forent robustissimæ: tamen videri sibi *Germanorum* animos, consilia, & actiones esse ad instar belluæ multorum & capitum, & caudarum, quæ agitata sepe transfugere cogetur, aut conareur: Unde cum capita divideret, alia & alia foramina quaereret, eorum simul corpus quiesceret, caudæque immortæ manerent. Significabat autem diffensionem Principum, malorum omnium causam. E contra verò Imperatorem suum comparabat belluæ unicipiti, quæ plures caudas haberet, quæ universè moveretur eo motu, eoque schemate indicabat virtutem & vires *Turcarum* unitas & conjunctas.

Certe quod *Romanis* olim rerum summam dedit, id hodie *Turcarum* Imperium extollit: quod scilicet *Christiani* Principes in commune non consulunt, studis privatis implicentur, *L. B. T. beat. Vite Human. Tom. 111.*

dumque singuli pugnant, sit ut universi vincantur, ita de *Græcis* *Iustinus Historicus*: Græci, inquit, Civitates, dum singulæ imperare cupiunt, imperium omnes perdidere. *Turci* enim se *Islam* nominant, id est, unitos & conjunctos. Deumque precantur assidue, ut discordes inter se *Gautos*, quo nomine appellant *Christianos*, esse finat.

Degenerem *Germanorum* virtutem *Georgius Sabinus Poeta*, & ipse *Germanus*, hoc carmine notavit:
Quo tua bellatrix abii *Germania* virtus,
Diffimili nostro tempore facta tui?
Vindeliciis olim pepulisti finibus *Humos*,
Imperium magno cum sub *Ohone* fuit.
Ad *Solymas* arces, vittricia signa tulisti,
Sceperiger Imperii cum *Fridericus* erat.
Non procul a *Tanai* ducentes agmina *Turce*,
Danubii ferro depopulantur agros:
In tua grassatur terrarum visceres a predo,
Ausa nec hostiles es cobidere manus.
Te quibus ostentas, nunc utere granibus hastis,
Et quibus in circo ludicra bella geris:
His animo a piis hostilibus asserere genes,
Si quid in audaci pectore *Martii* habes.
Ab! pudeat *Scythicis* egressum finibus hostem,
Militia nobis præripuisse decus.
Mollia dum sequimur nos desidis ora via,
Aspera bellator prælia *Turca* facit.
Dum cane venamur lepore, aut culpide damas
Figimus, ille suo milite regna capis.
Denique nos tantum sine sanguine ludamus armis:
Ille gerit fortis serria bella manu.
At generosa tuis *Germania* consule rebus,
Coge pharetratos vertere terga *Getas*.
Ipse tuas urbes & faucibus eripe letibi,
Et vetus imperii *Marte* tuere decus.
Si securi mali non prosfigaveris hostem,
Tristitia crudeli vulnere a clade feres.
Joannes Luthicus secundus *Germanorum* militum ebtiofam vecordiam ita perstringit.
Pudor *Deorum*, opprobriumque seculi,
Pestis læsæque militaris ordinis.
Qui percitis furor mentis ebria,
Licentiaque perditorum temporum,
Abominandis involvit vestibus
Fas omne sumpunt, avium *Rempublicam*.
Hæc dira imago! hæc barbarum spectaculum!
Germani *Cæsares*. *Quære Cæsar in Littera C.*

* Gesticulatio.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Gesticulatio ὀρχήσις, μίμνη, Græcè, est saltatio, sive ætus gesticulandi. Est autem gesticulatio, corporis gestu oblectare. Unde & gesticulati carmina dixit *Suet. in Nerone*, pro eo quod est ad numeros carminum saltare, & ad illius modulos aptare corpus.

A POPHTHEGMATA.

CHILON dicere solebat, inter loquendum non esse movendâ manus: id enim esse vecordium. *Laert. lib. 1. c. 4.*
MESONAX histriones ac gesticulatores appellare solebat ὀρχήσις, quod manibus saperent, non lingua. *Otera* autem choræ genus, quo graves historie circa vocem vel recitantes, vel tibicinis, solo corporis gestu sic representantur, ut spectatores res prope plus intelligerent ex saltatione, quam si quis recitasset. *Erasm. lib. 8. apoph.*
POLEMON Sophista, histrionem *Tragediarum*, qui in *Olympiis*, *O Jupiter!* pronuciaret, offensa terra; *O terra!* manu in cælum projecta: submovit à præmiis (præsidebat enim eci certamini) dicens, Hæc manu commisit ololæcismum. *Ex Philostrato.*

DOMITIUS Afer *Manlium Suram* multum in agendo discursantem, manus jactantem, totam dejectum ac reponentem, non agere dixit, sed fatagere. Actio enim oratoris est. *Satagie* autem, qui frustra mirèque conatur. *Erasm. lib. 6. apoph.*

MARCUS CALPURNIUS Gallum accusavit, *M. Tullio* defendente: quumque accusator affirmaret, testibus, chiographis, quaestionibus probaturum, sibi à reo fuisse preparatum venenum. *Fff 2 num.*